

nescio an veri magis an ingeniose, plumbum, quo maderi
am tegi necesse est ipsarum operarum, inter quos aliqui
non opulentissimi mortalium sunt, fusto nec manifesto
manifeste expositum in, si ante hujusmodi et clausus
ades imponatur. Scribo tamen ad ipsum Gerardium aliqui
super his omnibus, tu si cessantem hinc inde generaliter
stimules, ut nimirum mandatis meis non sua sedulitate
obtemperet, non erit quod amplius a te exigam, sed abunde
ut hactenus, quo me tibi devinctissimum profitear. Vale
Vir Amicissima cum uxore tua liberis et amicis. et
me ama. Scribo huc Quijesteinij, quo heri princeps
cum Domina et paucis familiaribus excurrit, sed negotia
certe, et illam qua post equitem atra, ^{sedet} oijor Euris non
effusit. Adeo inter has aeris tempestates etiam perpetuo
Curarum nimbo undique obruimus, quibus cum solis
sufficere debeamus, facile agnosce, quod non grandis otio
vermones tecum faciam. Perendie Arnhemum redibit
hodie ipsa Itus sunt. Novemb: MDCLXXXV

Domini Collegis, quod debeo, quaeo quam saepissime nuncios
quas ad Rubenium istas addo, causa est cur te rogem, ut cum
octiduo penes te consenserint, tu demum perferendas curas.
Convicium Principi dictum, cum S. tectu conferam ubi
ad manum sit, et mox sententiam dicam.

/228/

Ad 2.^{am} et 3.^{iam} quarum primam heri Quijesteinij, alteram Arnhemii ac-
cepi, commemorata in patrem Patriae et salutis nostrae
Wilmio columen variae sparsa, eodem loco habenda puto, quo
Diana suspicor latratum canis esse. In illo fastigio
fieri non magis potest, ut unicuique placeant laudatissimi
Principum, quam ut singulis et universis satisfaciant,
quas olim a frontispicio meorum adunum, tametsi pro-
batissimas statuas destinavi. De eversione tanta
petulantiae, quod prudenter notas, cura sit quorum
plus quam privatim interest, nequid Republica
detrimenti capiat. Semper ego auditor tantum et
spectator hujus histrioniae, ubi quam plurima male
me habere, liquum sim, si non fatear. Vir sapiens
in prociuctu est, vel quasi. solas literas Aransonenses
obsignari cupit; quibus expeditis dabo ipse operam
ut quam ocijssime discedat, nam et hoc Principi gratum
erit, qui ad crebras interpellationes Carthusii expediti
vult

vult, quas cum illo restant impedimentissima rationes, cuius rei
 ut initium quidem fieri se absente posse o dogos as-
 serit; forsitan promovendo itineris tuo, cui valde instat.
 Quas ad Caethusium scribo, si dignaberis perferendas curare,
 quosdam eadem opera moneatur, ut e vestigio rescribat; est
 enim in meis scriptum, ad quod, pro sua indole, quam celer-
 rime responderi Dominus iubet. Expeditiunculam cum
 paucis capis institui, cuius brevi ad nos rumor
 deferretur. Vale vir amicissime cum uxore et liberis,
 neque mea causa, nimirum frequenti scriptione te
 fatiga. Satis aliunde districtus sufficiet quoties res
 momenti offeretur, paucis inuicem indicare, quid
 publice vel privatim expediat. Arnheimi XVI. Novemb.
 CIDDCXXXV.

Foeda Bullionei Apostasis supra omnem
 indignationem est, coram de illa disserendi
 causa erit, si tanti putes.

Wilhelmio Amplissime Collegae, affinis optime.

(229).

Multum rerum tibi debeo, qui tam sedulo impellere
 digneris tot tibi testudines meas, quas, absque hoc stimulo
 foret, nescio quid promoverent. erit ubi commodis tuis
 oblata causa, pari observantia interveniemus. De
 regulis parum candidi nos moneri satagunt, et hanc
 scilicet moram ~~con~~ ansam apprehendunt: tam tu enim
 Spierinxhoekio uxor mea injunxit, quod iterum nunc
 Jano Gerardi Lafomo mandes velim, regulas vitioris
 nota (nam duorum generum proposuerat, in quibus
 immane praeiudicium) actutum erit, et asseribus
 tecti, quos tandem audio capisse sterni, quam celesterrime
 imponi curat. Excusabis, si te novi, hanc audaciam
 postquam si humanitate tua locum facis. De Luis apud
 vos novo incremento, undique moesti accepimus, ac de
 tot amicis perpetua sollicitudine languemus. Accensos
 Hagae per compita, ignes publicos iri, ut Leida institue-
 rant, appropinque mihi placet, neque enim dubium
 est, quin unicum flammae pabulum Aer, bonus ille
 seu infectus, hoc sui prodone absumi possit; et si quod
 Gracia mendare audeat in historia fidem meretur, sic
 Athenas olim, et mox Hellada philosophi servarunt.
 quorum